ORIGENES
Salzburg (Umgebung), 1. Hälfte 9. Jh. Seite 152r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift



tantes chanaan; quantum ad historiam pertinet nullum ex
his gentibus interfuisse mirabilibus quae facta sunt constat;
Quomodo ergo uidebuntur tremore deterrite uel festinasse ut
dicit. uel iracte esse filistim et moabite et edom et reliquae
quas enumerat nationes. Sed si redeamus ad intelle
gentiam spiritualem. inuenies quia philistini. id est ca
dentes poculo. et edom qui interpretatur terrenus. trepi
dant. et horum omnium principes cursitant et pauent
constricti doloribus. cum uident regna sua quae in in
ferno sunt penetrata ab eo qui descendit in inferiora
terrae ut eriperet eos qui possidebantur a moste. hinc
eos comprehendit timor et tremor. quia senserunt magni
tudinem brachii eius. hinc etiam tabuerunt omnes
habitantes chanaan. Qui mutabiles inter pretantur
et mobiles. cum uident moueri regna sua. alligari for
tem et uasa eius deripi. Ueniat ergo super eos timor
et tremor magnitudinis brachii tui. Quid timent
daemones quid trement. sine dubio crucem xpi in
qua triumphati sunt. In qua exuti sunt principatus
eorum et potestates. Timor ergo et tremor ca
det super eos. cum signum in nobis uiderint crucis
fideliter fixum. et magnitudinem brachii illius
quod dominus expandit in cruce sicut dicit. tota
die expandi manus meas ad populum non credentem